


AD AUCTARIUM OPERIS DE DOCT. TEMP.

differentia amborum, grad. 52. 42'. quibus anni debentur ex canone primo, 3800 circiter. Ablatis itaque de anno Christi 1600, sive periodi Julianæ 6313, annis 3800, supererunt anni 2513. Proinde hoc sæculo, quod alterum à diluvio fuit, acronychum occasum Pleiadum lucida faciebat in gradu Arietis tertio, & occasum cosmicum in Libræ tertio.

Non potest autem præcisè accuratèque tempus colligi, propter refractionem stellæ, aliâsq; causas. neque id verò necesse est. Satis est enim de sæculo constare: cum in annis centum hæud magna ortuum, & occasuum in stellis varietas incidat.



Experiamur iterum nobilissimi, ac præstantissimi problematis usum alio in exemplo. Geminus in parapegmate suo, quod in calce libri est, scribit Arcturum ex Euctemone oriri Parthenones X. nec non XIX. Prior ortus debet esse cosmicus, qui heliacum, & apparentem diebus aliquot præcedit. Igitur in eodem schemate, esto XHF horizon ortivus. in quo Arcturus punctum H obtineat. quo cum eclipticæ punctum oritur I, gradibus viginti distans ab autumnali sectione R. in antecedentia. Latitudo Arcturi HL 31, 3'. locus in L. Quæritur arcus eclipticæ IL. Declinatio gradus decimi Virginis IO, grad. 8, 0'.

I

In rectangulo IOR ad angulum OIR. Data ORI obliquitas eclipticæ 24, 0'. IOR rectus. Habetur inde angulus OIR, 67, 18'.

II

In rectangulo QOI, ad angulum QIO. Data QOI complementum elevationis Poli Athenis, 53, 0'. IO, 8, 0'. QOI rectus.

Datur ergo angulus QIO 37, 26'. adeoque totus angulus QIR 104, 44'. cujus complementum ad semicirculum est angulus LIH grad. 75, 16'.

III

In rectangulo LIH ad latus IL. Data LH latitudo Arcturi 31, 3'. LIH 75, 16'. HLI 90.

Obtinetur ex his arcus IL grad. circiter 9, 7'. qui ad gradum Virginis 10 additus locum Arcturi verum conjicit in Virginis 19, 7'.

Distat à loco, quem anno Christi MDC habuit, hoc est libræ 18, 38', gradibus 29, 31'. quibus debentur anni 2125. Hi de 6313 deducti, residuum faciunt annum Periodi Julianæ 4188. quod Thaletis sæculum fuit. sed & Metonis, & Euctemonis.

Aliud exemplum. Plinius auctor est Lib. XVIII. Cap. XXV, Thaletem occasum matutinum Pleiadum statuisse die XXV ab æquinoctio autumnali. quod de cosmico capiendum esse praxis ipsa monstrabit. Uti locum lucida Vergiliarum, ex eoque Thaletis sæculum investigemus, pro occasu Cosmicum, ut præscriptum est,

sumatur occasus acronychus ejusdem in gradu opposito Arietis 25. In superiori itaque schemate, sit rursus XHF horizon occidens. R verna sectio, & cetera, ut in primo exemplo Pleiadis.

I

In Rectangulo IOR. ad angulum OIR. Data ORI gr. 23, 32' obliquitas eclipticæ. IO gr. 9, 54' declinatio puncti *ewas arcturum*. IOR gr. 90. Datur ergo angulus OIR grad. 68. 2'.

II


In rectangulo QOI ad angulum QIO. Data QOI grad. 53. compl. elevat. poli Mileti in Asia. IO gr. 9, 54'. QOI grad. 90.

Habetur ergo angulus QIO gr. 37, 38'. quo ad superiorem adjecto, conflatur angulus QIR grad. 105, 41'. cujus complementum ad 180 est angulus HIL, gr. 74 19'.

III

In rectangulo LHI ad arcum LI. Data HIL gr. 74, 19' ang. proximè repertus. LH gr. 4, 0' latitudo lucidæ Pleiadum. HLI gr. 90.

Obtinetur itaque arcus LI, gr. 1, 7'. qui detractus de 25 Arietis relinquit stellæ locum in Arietis 23, 53'. Hic locus distat ab eo, qui anno Per. Jul. 6313, vel Christi 1600, constitutus est in Tauri 24, 24', gradibus 30, 31'. quibus debentur anni 2197. quibus de 6313. subductis, restant anni Per. Jul. 4116. quo sæculo revera Thales exiit; id est Olympiadis XLV. anno III.



Si stella æquinoctialem ipsam sectionem simul ortum, occasumve facientem habeat, compendio majore locum illius eliciemus. cui rei schema peculiare dicavimus. In quo cetera ut in antecedenti. nisi quod R punctum æquinoctiale, quo cum H stella oritur, vel occidit, in ipso horizonte XRF collocavimus.

Sit igitur exempli causa Pleiadum lucida in H, que cum æquinoctiali sectione verna R consendat horizontem. Volo scire quis ejus locus eo tempore fuerit, quo Alexandria ortum cosmicum in Arietis puncto primo faciebat. adeoque arcum RL investigare. In triangulo itaque rectangulo RLH: cujus rectus est HLR.

Data sunt LRV maxima obliquitas eclipticæ grad. 23, 32'. VRH complementum elevationis Poli grad. 59. LRH ang. ex ambobus constatus graduum 82, 32'. LH latitudo stellæ graduum 4, 0'.

Ex quibus colligitur latus RL graduum 0, 32'. que ad punctum primum arietis addita dant locum stellæ verum in Arietis gradu 0, 32'. Anno Per. Jul. 6313. sive Christi 1600, locus illius erat in gradu Tauri 24, 24'. Differentia utriusque grad. 53, 52'. quibus anni competunt 3878 circiter. Hi de 6313 ablatis relinquunt annum


VARIARUM DISSERTATIONUM, LIB. I. CAP. V.

annum Per. Jul. 2435. quo lucida Pleiadum erat in Arietis gradu 0, 32', hoc est annis ante Trojanum exitum 1095.

CANON XX.

Data duarum stellarum longitudine, ac latitudine sive ascensione recta, & declinatione, earum distantiam invenire.

Plurimum hoc problemate in sequentibus utemur. Itaque hujus praxis imprimis observanda venit. Data ergo ad quod voles tempus utriusque longitudine, vel ascensione recta, ambarum utrobique differentia colligatur. tum complementa latitudinum, vel declinationum habeantur. Quibus paratis ita rem aggrediemur.



In proposito diagrammate esto A polus eclipticæ Septentrionalis. ANOF, & AMOF latitudinum circuli. Ecliptica sit CNKOF. Quæritur deinde distantia lucidæ Pleiadum ab ea, que est in femore musculi canis, appellaturque Procyon. ac sit media Pleiadum in M. Procyon, in O. Longitudo Pleiadum anno primo Juliano fuit 31, 24', nempe in Tauri 1, 24'. Longitudo Procyonis in Geminorum 27, 27', fuit 87, 27'. ambarum discrimen 56, 3'. Latitudo Pleiadis borea 4, 0'. Procyonis australis latitudo 15, 57'. Ergo in triangulo AOM data sunt, AM complementum latitudinis lucidæ Pleiadum, graduum 86, 0'. nec non AO, excessus latitudinis Procyonis cum quadrante, grad. 105, 37'. unâ cum angulo OAM differentia longitudinum; grad. 56, 3'. Proinde obtinebitur basis OM distantia stellarum, graduum 58, 54'. Eadem per ascensiones rectas & declinationes investigabitur. siquidem ascensio recta Pleiadis fuit anno primo Juliano grad. 27, 43'. Procyonis 87, 31'. Declinatio Pleiadis borea, 15, 53'. Procyonis borea, 7, 55'. Ex harum complementis, illius 74, 7'; hujus 82, 5', & ascensionum differentia, 59, 48', intervallum exister idem grad. 58, 54' ferè.

Rursus inquiretur distantia Sirii & lucidæ Pleiadum utraq; methodo. ac primum ex datis longitudinibus, & latitudinibus. Longitudo Sirii anno primo Juliano erat 75, 44'. Pleiadis, 51, 24'. Differentia 44, 20'. latitudo Sirii 39, 30' australis. Pleiadis 4, 0'. borea. Igitur esto A polus Septentrionalis eclipticæ, que est CKDF. & sit lucida Pleiadum in M. cujus latitudo est MO 4, 0'. Complementum AM 86, 0'. Sirius in O. cujus latitudo australis ON 39, 30'. latus AO, 129, 30'. Ex his inveniemus arcum OM graduum 59, 35'. que est ambarum distantia.

Esto nunc A polus arcticus mundi. & stellis in iisdem punctis O, & M collocatis; erit MD complementum declinationis Pleiadis graduum 74, 7'. Nam declinatio borea ejusdem est 15, 53'. arcus MD. At ON declinatio australis Sirii est 16, 15'. unde arcus AO erit 106, 15'. Quibus positis eruetur arcus OM distantia stellarum grad. 59, 35'.

CANON XXI.

Ex data poli altitudine, & maxima eclipticæ declinatione, maximam diem cujuslibet regionis; aut vicissim ex maxima tam die, quam eclipticæ declinatione, poli altitudinem agnoscere.

Revocetur hic diagramma canonis proximi: in quo RDKG sit horizontis semicirculus. CKF æquino-

ctialis. AMF circulus declinationis. In triangulo KMO, angulus MKO est complementum altitudinis poli; sive elevatio æquinoctialis, id est puncti C supra horizontem. Esto igitur M initium Cancri in horizonte ortivo, cujus declinatio MO data sit graduum 23, 52'. quanta erat obliquitas eclipticæ Eudoxi, & Hipparchi sæculo. Detur præterea altitudo poli graduum 37, qui situs est Græciæ, ut auctor est Hipparchus Lib. I. Num. V. ex quo constabit angulus MKO complementum illius, graduum 53. Ex his igitur, & angulo recto MOK investigabitur arcus KO ascensionalis differentia graduum 19, 29'. Ea in horas distributa, ut antecedenti canone docuimus, efficit horam 1, 18' ferè, que ad horas 6 addita; arcum semidiurnum faciunt horarum 7, 18'. Ea duplicata diem maximam constituent horarum 14, 36'. quantum in Græcia diem esse longissimam ibidem scribit Hipparchus.

Table with trigonometric values for MO and MKO.

Rursus data sit maxima dies Athenis horarum 14, 36', unâ cum eclipticæ maxima declinatione tempore Hipparchi. cui quidem par est declinatio principii Can-


Table with trigonometric values for MO and MKO.

cri MO graduum 23, 52'. Semifis excessus maxima diei supra duodecim horas æquales in gradus & scrupula distributa conflabit arcum KO differentiam ascensionalem, graduum 19, 30'. Quocirea ex arcu MO grad. 23, 52', & KO 19, 30', & recto MOK, innotescet angulus MKO, 52, 58' circiter, complementum altitudinis poli; que graduum erit 37, 2'. hoc est partium 37' 45' 1/2, ut loquitur Hipparchus.

CANON XXII.

Data qualibet hora diei cum loco Solis, & altitudine poli, Solis altitudinem investigare: aut contra ex altitudine Solis, ac loco, & elevatione poli, horam diei reperire. aut denique ex hora diei, loco, & altitudine Solis, poli elevationem assequi.

Ad hanc *παραπρωτα* assumatur hoc diagramma, in quo sit ABGC meridianus circulus. horizon AKG, cujus polus sit C. Æquinoctialis esto BKR, ejusque polus, D. Arcus DC distantia verticalis puncti, sive poli horizontis, & poli mundi. Esto præterea DP complementum declinationis Solis, id est arcus PL. Sol autem sit in P.



Jam sit exempli causa inquirenda Solis altitudo Romæ anno Christi LIX, Aprilis XXX hora 0, 43' post



post meridiem, quod tempus fuit Solaris deliqui, quod anno quinto Neronis accidit; atque in exemplum allatum est à nobis lib. VIII de Doct. Temp. cap. VIII. Sol erat in gradu Tauri 7, 14.

In triangulo obliquangulo CDP data sunt latera DC, & DP, quorum prius est distantia poli mundi à puncto verticali, idque par est complemento altitudinis poli. proinde hic erit graduum 48. DP verò est complementum declinationis poli. quæ in illo situ Solis erat grad. 13, 59' circiter, si obliquitas hodierna capiatur. Unde DP graduum est 76, 1'. Datur præterea angulus CDP, cujus mensura est arcus RL in æquinoctiali, graduum 10, 45', qui respondent horis 0, 43' à meridie lapsis. Ex his colligitur arcus CP, complementum altitudinis Solis in verticali eadem methodo, qua canone VII triangulare dicitur institutum. Deprehenditur autem arcus ille graduum 29, 31', cujus complementum PM graduum erit 60, 29' altitudo Solis.


Secundò data sint in eodem triangulo CP complementum altitudinis Solis grad. 29, 31', unà cum loco Solis, ejusque declinatione, ex quo ejus complementum DP grad. 76, 1' colligatur: tum arcus DC distantie poli horizontis, & mundi. non dissimili methodo angulus CDP graduum investigabitur 10, 45', qui in tempus resoluti efficiunt horam 0, 43'.

Denique datis CP complemento altitudinis Solis, ejusque loco, ac declinatione, & ejus complemento DP; tum angulo CDP, & ei respondentibus gradibus 10, 45', non ignorabitur arcus DC. quod existit graduum 48. Hujus verò complementum grad. 42 est altitudo poli.

CANON XXIII.

Data gnomonis, & umbra mensura, unà cum vero Solis loco, & obliquitate zodiaci, tam Solis altitudinem, quam latitudinem regionis invenire. Item data regionis latitudinis, & umbra magnitudinis, cum obliquitate zodiaci, gnomonis magnitudinem reperire. Denique ex umbra meridiana maxima & minima, hoc est æstiva & hiberna, gnomonem, & loci latitudinem investigare.

Hoc problemate opus erit nobis in sequenti disputatione. Constituat hic Diagramma, in quo HGF meridianus. punctum æstivi tropici F; hiberni G. Horizon HA: gnomon DA. Planum sciothericum, in quod umbra projicitur, EDBC. Umbra æstiva meridiana & minima DB; hiberna, & maxima, DC. Intervallum tropicorum, FG, vel angulus FAG. cui par est ad verticem, BAC. angulus verò DAB distantiam metitur verticalis puncti, (ad quod recta tendit linea DA ad meridianum producta) ab æstivo tropico F. Estque complementum anguli ABD, sive elevationis tropici æstivi F supra horizontem, ad gradum 90.



His animadvertis sumatur in exemplum parallelus X à Ptolemæi lib. II, cap. VI, ubi distat ab æquinoctiali vertex gradibus 33, 18'. & proportio gnomonis ad æstivam umbram est ut 60 ad 10. ad hibernam autem est ut 60 ad 93, 10'. Proinde esto Sol meridiano tempore in F æstivo solstitio, ac sit umbra ejus DB partium 10, cujusmodi DA est 60. tum sit intervallum tropici ab æquatore graduum 23, 51', 20', Ptolemæicum. In retangulo ADB, datis lateribus AD 60, & DB 10, ex utriusque quadratis invicem conjunctis, fiet quadratum subtenfa AB, cujus radix erit ipsa subtenfa paullo

minus partium 61. Si fiat igitur, ut AB ad sinum totum; ita DB ad sinum anguli DAB, obtinebitur idem angulus, qui graduum erit 9, 26', 40'', quæ est distantia verticalis puncti ab æstivo tropico. Quare addita distantia tropici æstivi ab æquinoctiali Ptolemæica grad. 23, 51', 20'', conficit verticalis puncti distantia ab eodem æquatore, sive poli altitudo graduum 33, 18'. Eadem opera innotebit angulus ABD complementum anguli BAD. quod cognitum est graduum esse 9, 26', 40''. Unde ABD gradibus constabit 80, 33', 20''. tanta est altitudo meridiana Solis. de qua rursus detrahta distantia tropici æstivi ab æquatore superest elevatio æquatoris graduum 56, 42', cujus complementum est altitudo poli grad. 33, 18'.

Secundò, data sit elevatio poli grad. 33, 18', & umbra æstiva partium 10, unà cum eclipticæ obliquitate Ptolemæica; innotebit umbrosi corporis magnitudo. Nam in triangulo DAB primum de poli altitudine grad. 33, 18' subtracta distantia tropici ab æquatore 23, 51', 20'', reliquis gradus 9, 26', 40'' ostendent distantiam verticalis puncti ab æstivo tropico, qui est angulus DAB, nec non ejus complementum, ABD graduum 80, 33', 20''. Fiat igitur ut sinus anguli DAB graduum 9, 26', 40'' ad DB partium 10; ita sinus anguli ABD grad. 80, 33', 20'' ad AD. Invenieturque partium 60. quod erat secundum.

Tertiò, nota sit umbra meridiana, æstiva quidem DB partium 10, hiberna verò DC partium 93, 10', cum obliquitate zodiaci, quæ sit 23, 51', 20''; dico constare tam gnomonis, id est DA quantitatem, quam regionis latitudinem. Producatur enim latus CD usque ad E, sic ut DE æquale sit ipsi DB: & jungatur AE, quæ æqualis erit lateri AB per 4 primi: adeoque duo triangula invicem æqualia erunt, EAD, & DAB, & angulus AEB, angulo ABE, & angulus EAD angulo DAB. tum verò cum sit ut AC ad sinum anguli ABC, (hoc est ad sinum anguli ABE deinceps positi, vel æqualis ei AEB) ita BC ad sinum anguli BAC. & ut AC ad sinum anguli AEC, ita EC ad sinum anguli EAC; erit consequenter ut BC ad sinum anguli BAC, ita CE ad sinum anguli CAE. Atqui data sunt latus BC partium 83, 10', nempe differentia minima umbrae DB partium 10, & maxima DC, partium 93, 10'. nec non angulus BAC intervallum tropicorum, graduum 47, 42', 40''. datur item & CE complexum ex umbris ambabus, partium 103, 10'. Erit igitur ut BC partium 83, 10', ad sinum anguli BAC graduum 47, 42', 40''; ita EC partium 103, ad sinum anguli EAC, graduum 66, 35' ferè. de quibus dempto angulo BAC graduum 47, 42', 40'' residuus erit angulus EAB graduum 18, 52', 20'', cujus dimidium DAB graduum erit 9, 26', 10'' distantia verticalis ab æstivo tropico. ad quam adjuncta ejusdem tropici ab æquatore distantia 23, 51', 20'' dabit altitudinem poli graduum 33, 18' ferè. Indidem verò & stylus AD patet. Si enim fiat ut sinus anguli DAB grad. 9, 26', 40'' ad DB partium 10, ita sinus anguli ABD graduum 80, 33', 20'' ad DA, reperietur esse partium circiter 60.

CAPUT VI.

Tabula ortus & occasus stellarum aliquot ad Julianam editionis annum primum, unà cum Calendario triplici.

UT illa sit stellarum methodus, quam in Canones digestimus, adjuvandis tyronum studiis accommodator: atque ut Scriptores veteres; Poetas videlicet, Historicos, aliisque, qui certorum siderum exortus, & occasus attingere, sine offensione, ac cum fructu etiam, & voluptate legant; visum nobis est, tabulam hic proponere, in qua præcipuarum stellarum, quarum sit apud auctores illos mentio; cum veri situs in zodiaco; tum ortus, occasusque describantur, cujusmodi anno primo Juliano Romæ, & Alexandria contigerunt. Nam est annus editionis Julianæ velut limes & cardo temporum, & observationum istarum: quòd perique Scriptores, quorum in libris significationes extant earum rerum, aut illo sæculo floruerunt; aut ex Juliano parægmate orientium, vel cadentium siderum momenta sumpserunt. tum ad superiora quoque, vel posteriora

sæcula

sæcula transitus ab hoc tamquam communi termino fieri potest: ut si ad ortus, occasusque Julianos aliquot in Calendario addantur detrahanturque dies, proprios utrorumque consequamur temporum; quatenus rudi hoc elaborare Minerva licet. quæ quidem hoc in negotio contentos esse nos oportet; nec in iis subtilibus enunciandis tempus operamque perdere. Non enim ab auctoribus exacte ista prodantur, qui non ἀκριβῶς φάσιν, sed φασισιμῶς adhibent; quarum ab sensibus plerumque judicium petitur. Igitur stellarum aliquot laterculum exhibemus, in quo primum verà earum loca Juliano anno primo describimus: tum ascensiones rectarum tabulam indagantur, quorum in Hipparchi libris potissimum usus est. Subjicimus his obliquas ascensiones, unà cum triplici ortu, occasuque, tam in horizonte Romano, quam Ægyptiaco, vel Alexandrino. ex quibus existimari de reliquis tractibus, saltem ἀποπροσέως, & quantum in hac re docui esse necesse, poterit.

Præterea Romanum Calendarium adjecimus unà cum Ægyptiacis mensibus anni fixi, cujus initium ad Augusti Juliani XXIX diem adhaerescit. quòd complures auctores, qui stellarum φάσεις ex Julii Cæsaris Calendario mutuati sunt, eos menses usurparunt. ut inter alios Ptolemæus, aut si quis alius editum à nobis Græcè parægma condidit. postremò menses etiam cælestes adscripti sunt. quorum exordium ab veris in dodecatemoria Solis ingressibus anno illo, repetitur. Idcirco

laterculum præscripsimus, in quo signorum tam mediis, quam veri aditus ex Parisinis tabulis ad Romanum meridianum applicantur. unde cælestium mensium singulorum dies ita computavimus, ut cum horarum & scrupulorum calculus à media nocte profisciscatur, quoties ultra duodecim horas, hoc est meridiem; summa progreditur; sequenti diei mensis cujuslibet Neomenia tributa sit. Illud verò diligenter animadvertendum est; annum primum Julianum, qui est periodi Julianæ 4669, aut bisextilem fuisse; aut certè bisextilis instar habendum in astronomicis calculis. Propterea, cum verus Solis in Pisces ingressus acciderit Februarii die XXI. hora 6, 9, 13' Romæ: in Arietem verò, Martii XXII, hora 23, 47'. hoc est Martii XXIII; Ichthyon dies habuit unum & triginta; nimirum reliquos de Februarii novem; (Hic enim propter bisextilem diebus constabat novem & viginti,) & Martii viginti duos. Quare unum extra ordinem Ichthyoni diem attribuimus de regione sedis bisextilis; quam vacuum in Juliano, & Alexandrino mense reliquimus, ne consequentium Neomenias mensium suis locis moveremus; quas isdem Julianorum mensium diebus constanter inhæsisse, ex Paschalibus Cyrilli, aliisque veterum monumentis colligitur. Ideò bisextilem diem itidem ut Romani, Februarii inseruisse videntur: et si alioquin Alexandrini in finem epagomenon conferrent. Denique horarum epilogismos media ab nocte ducimus. sed ubi calculus meridiem excessit, initium mensis sequenti diei ἀποπροσέως attribuimus.

Laterculum mensium cælestium, sive ingressus Solis in signa tam secundum medios, quam veros motus, anno primo Juliano, Romæ.

Signa.	Medius ingressus		Verus ingressus		Menses cælestes	
	Horæ	Horæ	Horæ	Nomina	Dies	
Aquarius	Januarii 24. 0. 14	Januarii 22. 7. 52	Januarii 22. 7. 52	Hydron	xxx	
Pisces	Februarii 23. 10. 43	Februarii 21. 9. 13	Februarii 21. 9. 13	Ichthyon	xxxii	
Aries	Martii 24. 21. 11	Martii 22. 23. 47	Martii 22. 23. 47	Crion	xxxiii	
Taurus	Aprilis 24. 17. 40	Aprilis 23. 12. 10	Aprilis 23. 12. 10	Tauron	xxxiiii	
Gemini	Maii 24. 18. 10	Maii 24. 12. 22	Maii 24. 12. 22	Didymon	xxxv	
Cancer	Junii 24. 4. 38	Junii 24. 23. 3	Junii 24. 23. 3	Karkion	xxxvi	
Leo	Julii 24. 15. 0	Julii 26. 5. 39	Julii 26. 5. 39	Leonton	xxxvii	
Virgo	Augusti 24. 1. 37	Augusti 26. 2. 37	Augusti 26. 2. 37	Parthenon	xxxviii	
Libra	Septemb. 23. 12. 6	Septemb. 25. 11. 11	Septemb. 25. 11. 11	Zygon	xxxix	
Scorpius	Octob. 23. 22. 23	Octob. 25. 5. 54	Octob. 25. 5. 54	Scorpion	xxx	
Sagittarius	Novemb. 23. 9. 8	Novemb. 23. 15. 54	Novemb. 23. 15. 54	Toxon	xxxi	
Capricornus	Decemb. 23. 19. 34	Decemb. 22. 23. 54	Decemb. 22. 23. 54	Ægon	xxx	



TABULA ORTUS, ET OCCASUS STELLARUM ROMÆ									
NOMINA	LOCUS	ASCENSIO		ORTUS			OCCASUS		
		RECTA	OBLIQUA	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRONY- CHUS	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRONY- CHUS
Antares, five Cor scorpis ma- gnitudinis 1	Scorpis 11, 22	217, 22'	236, 12'	Scorpis 13, 42'	Scorpis 27, 17'	Tauri 13, 42'	Tauri 2, 0'	Libra 3, 11'	Scorpis 2, 0'
Aquila lucida magnit. 2	Capric. 3, 39	273, 11	268, 9	Sagitt. 8, 45	Sagitt. 27, 8	Gemin. 8, 45	Cancris 26, 20	Capric. 10, 29	Capric. 26, 20
Arcturus magni- tud. 1	Virg. 25, 48	190, 0	158, 56	Virg. 13, 32	Virg. 26, 16	Piscium 13, 32	Gemin. 3, 16	Scorp. 10, 48	Sagitt. 3, 16
Arietis caput ma- gnit. 3	Arietis 9, 15	4, 25	352, 34	Piscium 17, 0	Arietis 22, 8	Virg. 17, 0	Libra 12, 45	Piscium 27, 45	Arietis 12, 45
Afellus boreus magnit. 4	Cancris 9, 6	100, 10	82, 2	Cancris 13, 10	Leonis 8, 10	Capric. 13, 10	Capric. 4, 55	Gemin. 9, 22	Capric. 4, 55
Aurige dexter humerus 2	Gemin. 3, 2	55, 23	1, 8	Arietis 2, 0	Tauri 5, 18	Libra 2, 0	Sagitt. 26, 55	Gemin. 12, 13	Gemin. 26, 55
Canobus 1. Romæ non videtur	Gemin. 9, 56	83, 55	0, 0	0	0	0	0	0	0
Capella 1	Tauri 23, 25	43, 26	352, 28	Piscium 16, 50	Arietis 16, 43	Virg. 16, 50	Sagitt. 13, 52	Tauri 28, 12	Gemin. 13, 52
Centauri pes dex- ter anterior 1	Libra 6, 36	165, 46	213, 58	Libra 26, 32	Scorpis 9, 26	Arietis 26, 32	Capric. 4, 15	Gemin. 15, 54	Cancris 4, 15
Chela scorpis bo- rea 2	Libra 19, 56	201, 44	201, 29	Libra 16, 49	Scorpis 0, 23	Arietis 16, 49	Tauri 7, 17	Libra 8, 10	Scorpis 7, 17
Chela scorpis au- stralis 2	Libra 15, 29	194, 25	199, 36	Libra 15, 21	Libra 29, 32	Arietis 15, 21	Arietis 16, 24	Virg. 5, 14	Libra 16, 24
Lucida boreæ co- ronæ 2	Libra 14, 47	213, 1	174, 49	Virg. 25, 55	Libra 9, 37	Piscium 25, 55	Cancris 3, 51	Scorpis 15, 16	Capric. 3, 51
Corvi dextra ala, 3	Virg. 10, 57	156, 46	162, 20	Virg. 16, 10	Libra 0, 59	Piscium 16, 10	Aquar. 27, 40	Leonis 9, 8	Leonis 27, 40
Cygni cauda 2	Aqua. 7, 2	292, 51	246, 0	Scorpis 21, 22	Sagitt. 6, 19	Tauri 21, 22	Virg. 14, 6	Piscium 0, 19	Piscium 14, 6
Lucida in cauda Delphini 3	Capr. 15, 41	283, 43	278, 12	Sagitt. 17, 0	Capric. 5, 37	Gemin. 17, 0	Leonis 5, 0	Capric. 14, 15	Aquar. 5, 0
Equi & capitis Andromedæ communis 2	Piscium 15, 56	336, 45	319, 44	Capric. 27, 48	Aqua. 22, 10	Cancris 27, 48	Virg. 25, 7	Piscium 11, 24	Piscium 25, 7
Fluminis extre- ma 1. Romæ non oritur	Piscium 28, 20	27, 27	0	0	0	0	0	0	0
Gemini præced- entis caput 2	Gemini 21, 50	80, 19	50, 18	Gemin. 13, 33	Cancris 0, 25	Sagitt. 13, 33	Sagitt. 27, 32	Gemin. 12, 56	Gemin. 27, 22
Gemini succe- dentis caput 2	Gemini 24, 52	84, 4	52, 15	Gemin. 15, 39	Cancris 8, 31	Sagitt. 15, 39	Capric. 2, 38	Gemin. 12, 27	Cancris 2, 38
Hædus præce- dens 4	Tauri 20, 14	41, 45	1, 54	Arietis 3, 25	Tauri 12, 29	Libra 3, 25	Sagitt. 3, 31	Tauri 15, 5	Gemin. 3, 31
Hyadum lucidissi- ma, quæ & Palili- cium dicitur 1	Tauri 11, 21	40, 36	31, 15	Tauri 20, 39	Gemin. 11, 1	Scorpis 20, 39	Scorpis 8, 53	Arietis 25, 43	Tauri 8, 53
Hydræ cor 1	Cancris 29, 16	117, 4	117, 23	Leonis 11, 20	Leonis 24, 58	Aquar. 11, 20	Capric. 3, 35	Gemin. 15, 31	Cancris 3, 35
Lanx borea 2	Libra 20, 57	202, 51	202, 31	Libra 17, 38	Scorpis 1, 35	Arietis 17, 38	Tauri 9, 7	Libra 8, 2	Scorpis 9, 7
Lanx australis 2	Libra 16, 40	195, 29	201, 9	Libra 16, 34	Scorpis 11, 14	Arietis 16, 34	Virg. 17, 19	Virg. 23, 39	Libra 17, 19
Leonis cauda 1	Leonis 23, 12	150, 8	124, 37	Leonis 0, 21	Virg. 16, 55	Aquar. 0, 21	Piscium 22, 18	Leonis 21, 36	Virg. 22, 18
Leonis cor 1	Leonis 1, 25	123, 50	104, 4	Leonis 0, 58	Leonis 17, 44	Aquar. 0, 58	Aquar. 2, 33	Gemin. 26, 58	Leonis 2, 33

ALIQUOT ANNO PRIMO JULIANO. ALEXANDRIÆ.						
ASCEN.	ORTUS			OCCASUS		
	OBLIQUA	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRONY- CHUS	COSMI- CUS	HELIA- CUS
229, 51'	Scorpis 12, 35'	Scorpis 25, 14'	Tauri 12, 35'	Tauri 5, 28'	Libra 15, 15'	Scorpis 5, 28'
269, 50	Sagitt. 16, 24	Capric. 1, 8	Gemin. 16, 24	Cancris 19, 3	Capric. 4, 39	Capric. 19, 3
169, 52	Virg. 21, 14	Libra 3, 20	Piscium 21, 14	Tauri 12, 11	Libra 23, 13	Scorpis 12, 11
356, 33	Piscium 25, 0	Arietis 19, 40	Virg. 25, 0	Libra 10, 37	Piscium 26, 25	Arietis 10, 37
88, 11	Cancris 11, 53	Leonis 2, 8	Capric. 11, 53	Capric. 6, 32	Gemin. 17, 70	Cancris 6, 32
22, 35'	Tauri 2, 19	Tauri 23, 58	Scorpis 2, 19	Sagitt. 15, 0	Gemin. 0, 15	Gemin. 15, 0
120, 44	Leonis 9, 30	Leonis 21, 47	Aquar. 9, 30	Scorpis 10, 18	Arietis 28, 9	Tauri 10, 18
12, 8	Arietis 17, 45	Tauri 8, 32	Libra 17, 45	Sagitt. 3, 30	Tauri 20, 29	Gemin. 3, 30
195, 41	Libra 13, 34	Libra 25, 41	Arietis 13, 34	Aquar. 1, 0	Cancris 13, 36	Leonis 1, 0
201, 34	Libra 18, 35	Scorpis 1, 44	Arietis 18, 35	Tauri 1, 23	Libra 9, 59	Scorpis 1, 23
197, 52	Libra 15, 26	Libra 28, 35	Arietis 15, 26	Arietis 16, 4	Virg. 19, 3	Libra 16, 4
188, 39	Libra 7, 29	Libra 20, 36	Arietis 7, 29	Gemin. 13, 9	Scorpis 25, 48	Sagitt. 13, 9
160, 29	Virg. 13, 10	Virg. 27, 19	Piscium 13, 10	Piscium 15, 25	Leonis 20, 25	Virg. 5, 25
263, 41	Sagitt. 11, 6	Sagitt. 26, 7	Gemin. 11, 6	Leonis 27, 23	Aquar. 17, 7	Aquar. 27, 23
280, 3	Sagitt. 25, 22	Capric. 11, 56	Gemin. 25, 12	Cancris 28, 17	Capric. 13, 14	Capric. 28, 17
325, 29	Aquar. 12, 19	Piscium 2, 22	Leonis 12, 19	Virg. 19, 38	Piscium 6, 31	Piscium 19, 38
69, 12	Gemin. 24, 42	Cancris 9, 52	Sagitt. 24, 42	Virg. 17, 38	Piscium 5, 39	Piscium 17, 38
60, 49	Gemin. 16, 37	Cancris 1, 16	Sagitt. 16, 37	Sagitt. 25, 10	Gemin. 11, 28	Gemin. 25, 10
63, 28	Gemin. 19, 14	Cancris 6, 21	Sagitt. 19, 14	Sagitt. 29, 33	Gemin. 13, 36	Gemin. 29, 33
16, 26	Arietis 23, 52	Tauri 14, 25	Libra 23, 52	Scorpis 27, 3	Tauri 11, 4	Tauri 27, 3
34, 22	Tauri 17, 30	Gemin. 5, 35	Scorpis 17, 30	Scorpis 10, 4	Arietis 27, 45	Tauri 10, 4
117, 17	Leonis 6, 36	Leonis 19, 14	Aquar. 6, 36	Capric. 11, 5	Gemin. 25, 40	Cancris 11, 5
202, 37	Libra 19, 30	Scorpis 25, 41	Arietis 19, 30	Tauri 3, 0	Libra 10, 25	Scorpis 3, 0
199, 15	Libra 16, 37	Scorpis 20, 27	Arietis 16, 37	Arietis 17, 9	Virg. 27, 4	Libra 17, 9
133, 130	Leonis 20, 23	Virg. 2, 41	Aquar. 20, 23	Piscium 10, 40	Leonis 19, 57	Virg. 10, 40
110, 45	Leonis 1, 7	Leonis 15, 46	Aquar. 1, 7	Aquar. 2, 13	Gemin. 29, 25	Leonis 2, 13



TABULA ORTUS, ET OCCASUS STELLARUM ROMÆ  
NOMINA LOCUS ASCENSIO

	LOCUS	ASCENSIO		ORTUS			OCCASUS		
		RECTA	OBLI- QUA	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRONY- CHUS	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRONY- CHUS
Leporis media	Tauri	60,55'	81,8'	Cancr.	Leonis	Capric.	Scorpii	Arietis	Tauri
Lyra lucida 1	Sagitt.	262,2	216,33	Libr.	Scorpii	Arietis	Leonis	Aquar.	Aquar.
Orionis hume- rus precedens 2	Tauri	54,23	52,15	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Arietis	Tauri
Orionis hume- rus sequens, five dexter 2	Gemin.	61,31	57,12	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Tauri	Tauri
Orionis zonæ media 2	Tauri	58,29	63,5	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Arietis	Tauri
Lucida in fini- stro pede Orion- is 1	Tauri	55,18	66,32	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Arietis	Tauri
Lucida in dextro latere Perfei 2	Tauri	17,56	32,33	Aquar.	Piscium	Leonis	Scorpii	Tauri	Tauri
Procyon 2	Gemin.	87,31	79,29	Cancr.	Cancr.	Capric.	Sagitt.	Tauri	Gemin.
Sagittarii genu finistrum 2	Sagitt.	250,23	301,4	Capric.	Capric.	Cancr.	Tauri	Libr.	Scorpii
Sirius 1	Gemin.	78,34	93,47	Cancr.	Leonis	Capric.	Scorpii	Tauri	Tauri
Vergiliarum lu- cida 3	Tauri	27,43	12,52	Arietis	Tauri	Libr.	Scorpii	Arietis	Tauri
Vindemiator 3	Virg.	169,41	148,4	Virg.	Virg.	Piscium	Arietis	Virg.	Libr.
Virginispica 1	Virg.	174,58	175,1	Virg.	Libr.	Piscium	Piscium	Leonis	Virg.

ALIQOT ANNO PRIMO JULIANO ALEXANDRIE.  
ASCEN. ORTUS OCCASUS

OBLI- QUA	ASCENSIO			ORTUS			OCCASUS		
	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRO- NYCHUS	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRO- NYCHUS	COSMI- CUS	HELIA- CUS	ACRO- NYCHUS
74,15'	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Arietis	Tauri	10,41'	26,16'	10,41'
233,39	Scorpii	Scorpii	Tauri	Leonis	Capric.	Aquar.	10,50	0,50	0,50
52,58	Gemin.	Gemin.	Sagitt.	Scorpii	Tauri	Tauri	17,36	4,4	17,36
58,38	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Tauri	Tauri	14,26	1,33	14,26
61,13	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Tauri	Tauri	17,0	3,59	17,0
62,46	Gemin.	Cancr.	Sagitt.	Scorpii	Arietis	Tauri	18,33	4,13	18,33
346,57	Piscium	Arietis	Virg.	Scorpii	Arietis	Tauri	10,56	11,52	11,52
81,49	Cancr.	Cancr.	Capric.	Sagitt.	Gemin.	Gemin.	6,17	2,45	17,51
281,32	Sagitt.	Capric.	Gemin.	Tauri	Scorpii	Scorpii	12,19	26,49	23,22
88,39	Cancr.	Cancr.	Capric.	Scorpii	Tauri	Tauri	12,27	26,9	28,9
18,3	Arietis	Tauri	Libr.	Scorpii	Arietis	Tauri	25,38	2,14	2,14
155,27	Virg.	Virg.	Piscium	Arietis	Virg.	Libr.	8,51	5,47	12,17
174,56	Virg.	Libr.	Piscium	Piscium	Virg.	Virg.	25,43	7,51	25,43

KALENDARIUM TRIPLEX, ROMANUM, ALEXANDRINUM,  
& Calende ad annum primum Julianum conformatum.

JANUARIUS	TYBI	ÆGON	FEBRUARIUS	MËCHIR	HYDRON	MARTIUS	PHAMENOTH	ICHTHYON			
1 Kal.	vj	10	1 Kal.	vij	11	1 Kal.	v	10			
2 iv Non.	vij	11	2 iv Non.	vij	12	2 iv Non.	vj	11			
3 iiii	vij	12	3 iiii	ix	13	3 v	vij	12			
4 Pr. Non.	ix	13	4 Pr. Non.	x	14	4 iv	vij	13			
5 Nonæ	x	14	5 Nonæ	xj	15	5 iiii	ix	14			
6 viii Eid.	xj	15	6 viii Eid.	xij	16	6 Pr. Non.	x	15			
7 vii	xij	16	7 vii	xij	17	7 Nonæ	xj	16			
8 vi	xij	17	8 vi	xiv	18	8 viii Eid.	xij	17			
9 v	xiv	18	9 v	xv	19	9 vii	xij	18			
10 iv	xv	19	10 iv	xvj	20	10 vi	xiv	19			
11 iiii	xvj	20	11 iiii	xvij	21	11 v	xv	20			
12 Pr. Eid.	xvij	21	12 Pr. Eid.	xviii	22	12 iv	xvj	21			
13 Eid.	xviii	22	13 Eid.	xix	23	13 iiii	xvij	22			
14 xix Kal.	xix	23	14 xix Kal.	xx	24	14 Pr. Eid.	xvij	23			
15 xviii	xx	24	15 xviii	xxj	25	15 Eid.	xix	24			
16 xvii	xxj	25	16 xvii	xxij	26	16 xvii Kal.	xx	25			
17 xvi	xxij	26	17 xvi	xxij	27	17 xvi	xxj	26			
18 xv	xxij	27	18 xv	xxiv	28	18 xv	xxij	27			
19 xiv	xxiv	28	19 xiv	xxv	29	19 xiv	xxij	28			
20 xiii	xxv	29	20 x	xxvj	30	20 xiii	xxiv	29			
21 xii	xxvj	30				21 xii	xxv	30			
		Hy- DRON	21 ix	xxvij	1	22 xi	xxvj	31			
22 xi	xxvij	1	22 viiii	xxviii	2	23 x	xxvij	1			
23 x	xxvij	2	23 vii	xxix	3	24 ix	xxvij	2			
24 ix	xxix	3	24 vi	xxx	4	25 viiii	xxix	3			
25 viiii	xxx	4		PHAME- NOTH	5	26 vii	xxx	4			
26 vii	j	5	25 v	j	6		PHARMUTHI				
27 vi	ij	6	26 iv	ij	7	27 vi	j	5			
28 v	ij	7	27 iii	ij	8	28 v	ij	6			
29 iv	iv	8	28 Pr. Kal.	iv	9	29 iv	ij	7			
30 iiii	v	9				30 iiii	iv	8			
31 Pr. Kal.	vj	10				31 Pr. Kal.	v	9			
			APRILIS	PHARMUTHI	CRION	MAIUS	PACHON	TAURON	JUNIUS	PAYNI	DIDYMON
1 Kal.	vj	10	1 Kal.	vj	8	1 Kal.	vij	8	1 Kal.	vij	8
2 iv Non.	vij	11	2 iv Non.	vij	9	2 iv Non.	vij	9	2 iv Non.	vij	9
3 iiii	vij	12	3 v	vij	10	3 iiii	ix	10	3 iiii	ix	10
4 Pr. Non.	ix	13	4 iv	ix	11	4 Pr. Non.	x	11	4 Pr. Non.	x	11
5 Nonæ	x	14	5 iiii	x	12	5 Nonæ	xj	12	5 Nonæ	xj	12
6 viii Eid.	xj	15	6 Pr. Non.	xj	13	6 viii Eid.	xij	13	6 viii Eid.	xij	13
7 vii	xij	16	7 Nonæ	xij	14	7 vii	xij	14	7 vii	xij	14
8 vi	xij	17	8 viii Eid.	xij	15	8 vi	xiv	15	8 vi	xiv	15
9 v	xiv	18	9 vii	xiv	16	9 v	xv	16	9 v	xv	16
10 iv	xv	19	10 vi	xv	17	10 iv	xvj	17	10 iv	xvj	17
11 iiii	xvj	20	11 v	xvj	18	11 iiii	xvij	18	11 iiii	xvij	18
12 Pr. Eid.	xvij	21	12 iv	xvij	19	12 Pr. Eid.	xvij	19	12 Pr. Eid.	xvij	19
13 Eid.	xviii	22	13 iiii	xviii	20	13 Eid.	xix	20	13 Eid.	xix	20
14 xviii K.	xix	23	14 Pr. Eid.	xix	21	14 xviii K.	xx	21	14 xviii K.	xx	21
15 xvii	xx	24	15 Eid.	xx	22	15 xvii	xxj	22	15 xvii	xxj	22
16 xvi	xxj	25	16 xvii Kal.	xxj	23	16 xvi	xxij	23	16 xvi	xxij	23
17 xv	xxij	26	17 xvi	xxij	24	17 xv	xxij	24	17 xv	xxij	24
18 xiv	xxij	27	18 xv	xxij	25	18 xiv	xxiv	25	18 xiv	xxiv	25
19 xiii	xxiv	28	19 xiv	xxiv	26	19 xiii	xxv	26	19 xiii	xxv	26
20 xii	xxv	29	20 xiii	xxv	27	20 xii	xxvj	27	20 xii	xxvj	27
21 xi	xxvj	30	21 xii	xxvj	28	21 xi	xxvij	28	21 xi	xxvij	28
22 x	xxvij	31	22 xi	xxvij	29	22 x	xxvij	29	22 x	xxvij	29
23 ix	xxvij	32	23 x	xxvij	30	23 ix	xxix	30	23 ix	xxix	30
		Tauron	24 ix	xxix	31	24 viiii	xxx	31	24 viiii	xxx	31
24 viiii	xxix	1					DIDY- MON			EPITHI	KARKI- NON
25 vii	xxx	2	25 vii	xxx	1	25 vii	j	1	25 vii	j	1
26 vi	j	3	26 vi	j	2	26 vi	ij	2	26 vi	ij	2
27 v	ij	4	26 vii	j	3	27 v	ij	3	27 v	ij	3
28 iv	ij	5	27 vi	ij	4	28 iv	iv	4	28 iv	iv	4
29 iiii	iv	6	28 v	ij	5	29 iiii	v	5	29 iiii	v	5
30 Pr. Kal.	v	7	29 iv	iv	6	30 Pr. Kal.	vj	6	30 Pr. Kal.	vj	6
			30 iiii	v	7						
			31 Pr. Kal.	vj	7						



Table with columns for months (JULIUS, EPIPHI, KARKINON, AUGUSTUS, MESORI, LEONTON, SEPTEMBER, THOTH, PARTHENON) and days of the month with corresponding Roman numerals and festival names.

Table with columns for months (OCTOBER, PAOPHI, ZYGON, NOVEMBER, ATHYR, SCORPION, DECEMBER, CHOLAC, TOXON) and days of the month with corresponding Roman numerals and festival names.



DIONYSII PETAVII E SOCIETATE JESU, AD AUCTARIUM OPERIS DE DOCTRINA TEMPORUM VARIARUM DISSERTATIONUM LIBER SECUNDUS.

ΠΡΟΟΕΜΙΑ.

Quae de ortu siderum & occafu explicata sunt haecenus, & in certos canones digesta, usum ac fructum habent omnino duplicem. Nam & ex iis aetate quisque sua quibus illa temporibus ortus & occasus faciant, praefata...

castigare etiam velle subeat; qui quarum rerum funditus eicit expers, de iis praescribere ac docere alios, sine ullo pudore, tentaverit. De cuius Scriptoris eratis paullo post dicitur. Nunc illa praevertamur, in quibus parum nobis attentos esse nonnullos eruditos animadvertimus.

Ad situm Solis in Zodiaco, & in eodem orientium stellarum, & occidentium regiones investigandas, primum omnium observari voluit, quibus mensium diebus Sol ingressum in dodecatemoria singula faceret iis temporibus, quibus veteres illi floruerunt; idque ex Columella, Plinio, Ovidio, ac ceteris colligi. Tum quibus cum Zodiaci gradibus ortus illarum, occasusque congruerent, diligenter notari. Hinc enim facile conjici, quos in dies conferendi illi sint; cum, quibus Sol ad unumquodque signum perveniret saeculo illo, cognoverimus. Recte id quidem haecenus. Verum in loco Solis definiendo parum iidem accuratam rationem tenent. Nam ingressus in dodecatemoria non ex rei veritate, sed ex falsa quorundam veterum persuasione statuunt. Sic in Arietem Julii Caesaris tempore Solem XV Cal. Apr. hoc est Martii XVIII introisse dicunt. In Taurum vero Aprilis XVIII. In Geminos, Maii XIX. Quod ut per sese falsum est; sic eo posito siderum ortus, occasusque perperam, & alienis diebus illigari necesse est. Ut enim Sol in Taurum, exempli causa, subierit XVIII die Aprilis; Vergiliae, quae in gradu Tauri XXVIII matutinum ortum apparentem faciebant anno primo Juliano, uti supra demonstratum est, ortu fuerint Maii XV, vel XVII, cum tamen XXIII id acciderit. Ita diebus VIII circiter in ea descriptione peccatur. Eiusdemmodi cetera sunt orientium interval-la siderum: in quibus pronunciandis iis de causis error intervenit. qui profectio castigatioe opus habet. Quamobrem de hac antiquorum quorundam opinione, & annorum cardinum anteverfione dici hoc loco necesse est. ut iis auctoribus illustrandis, quos in hanc editionem conjecimus, Gemino praesertim, Hipparcho, Protemeo, Tatio opera ista serviat.

CAPUT I.

De aequinoctiis, & Zodiaci partitione a Chaldaeis, Aegyptiis, ac Graecis instituta.

Ubi sunt circuli, ad quos stellarum situs, & cotiverfiones exiguntur, Aequinoctialis, & Zodiacus: ex quorum partitione; longitudo stellarum; ex distantia, latitudo sumitur. Ac videntur prius ad aequinoctialem utroque modo stellae comparatae, quam ad Zodiacum; non solum in Graecia, sed etiam apud Aegyptios, & Chaldaeos; a quibus vel inventa, vel diligentius...